

ACV Fn 9 Castellania de Mouldon et Mandamentum de Rue for Amedeus de Sabaudia, Commissaires Johannes de Corveto and Johannes Chalvini, 1403-1406.

Abstracts prepared by John W. McCoy (RealMac@aol.com) © 2021.

This terrier has been digitized on www.familysearch.org : [Image Group 101694802](#)

There is no repertorium. The text is ornamented in places with flourishes and grotesques, and the whole volume is carefully prepared. The full title on folio 1 is: “Sequuntur recogniciones et extente recepte pro Illustri et Serenissimo Principe Domino Nostro Domino Amedeo Sabaudie et Gebennarum Comite per me Johannem de Corveto Tharentassie Dyocesis notarium publicum commissarium dicti domini nostri comitis in Castellania Melduni.” The introduction for the first reconnaissance makes clear that this terrier is part of the larger project of Johannes Balay to inventory the properties subject to the house of Savoy in 1403. The name of the commissaire could equally well be read as Corneto. Part of the volume contains reconnaissances for which the commissarius was Johannes Chalvini, with a copy of his commission dated in October, 1404 at the end of the volume, although many of the instruments he recorded are dated much earlier in 1404. It may be that de Corveto was replaced or supplemented by Chalvini well before that date by the principal commissaire, Johannes Balay, and the official commission from the sovereign was not prepared until months later. There is also some inherent difficulty in dating some of the transactions, most of which do not list the year explicitly, referring instead to the previous entries by phrases such as “anno quo supra”, because a few scattered pages appear to be lost, making it impossible to establish a clear sequence of dates for some sections of the volume.

1 Castellania Melduni

1 [Chavannes]

1 Communitas ville de Chavannes, 18 jan 1403, ad instancium et requisicionem mei Johannes de Corveto Tharentasiensis Dyocesis notarii publici comissarii in hac parte ab Illustri et Serenissimo principe domino nostro Domino Amedeo Sabaudie et Gebennarum comite, ad suas recogniciones et extentas in Castellania Melduni recipiendas specialiter deputati, subrogatique per Discretum virum Johannem Balay secretarium dicti domini nostri comitis suarumque extentarum totius ballivatus Vuaudi commissarium et receptorem generalem, (there follows a list of the representative citizens or householders of Chavannes-sur-Moudon) Anthonius filius quondam Roleti Culart, Udricus de Costergio, Nycodus filius Johannodi de Tecto, Mermetus Magnini, Jaqueta filia quondam Girardi de Botens, Jaqueta relicta Girodi Ferrerii nomine Anthonii Ferrerii eius filii, Johannes Murisat, Nycodus Vayry, Perrussona uxor Anthonii Magnini nomine dicti eius viri stantis in infirmitate ut dicit, Perrodus Carrelli, Clemencia filia Johannis Herba, Petrus Paschy alias Vuespa, et Anthonius filius Nycoleti de Costergio, omnes de villa de Chavannes, suis et quibus supra nominibus, confitentur et testificantur quod quilibet ipsorum debet dicto domino nostro comiti et suis, videlicet quilibet ipsorum focum faciens infra villam de Chavannes ultra alias usagias et servitutes per eos dicto domino comiti debitas,

videlicet, pro quolibet foco, duodecim denarios Lausannenses veteres pro affocagio, unam gerbam frumenti in messibus, et unum caponem, que omnia in festo Beati Andree solvere consueverunt nominibus quibus supra in manu castellani Melduni.

Item, quilibet habens carrucam debet dicto domino comiti duos solidos veteres solvendo ut supra dicto termino.

Item, confitentur omnes predicti suis nominibus et quibus supra debere dicto domino comiti et suis pro marescalcia octo modia avene ad magnam mesuram Melduni solvenda anno quolibet in manu dicti castellani in festo Beati Andree.

Et ulterius confitentur tenere a dicto domino comite et suis usum eorum pascuorum, aquarum, et itinerum in loco et territorio de Chavannes.

Item, omnes suprascripti suis et quibus supra nominibus est cum eis homines liberi infrascripti, videlicet (list of additional free men!) Anthonius de Curia, Udricus filius Anthonii de Curia, Conodus Carrelli, Anthonius filius Alberti Motet, Johannes filius Perrerii Girodi, et Johannes Motet, confitentur pro se et suis et debere dicto domino comiti et suis viginti solidos novorum Lausannenses quos solvunt in manu heredum Anthonii Cornuti de Vuyllyens militis quondam ratione pascuorum communitatis eorum, que pascua necnon et decursus aquarum et itinerum confitentur se tenere a memorato domino nostro comite et suis heredibus imperpetuum, que pascua per eos confessata in extenta recepta per Anthonium Championis in tribus parcellis extiterunt confinata et sunt mareschia seu marest. (The previous terrier by Anthonius Championis has not been identified.)

Item magis, confitentur debere eidem domino comiti et suis pro missilliaria duas libras cere ad pondus Melduni annuales solvendas termino predicto singulis annis in manu castellani Melduni, actum Melduni in domo Johanneti Serragim videlicet in camera anteriori dicte domus, witnesses Girardus de Pontallia notarius, Petrus Gebennensis, et Johannes Chevrillieti burgenses Melduni, no signature or paraphe.

1v Anthonius Culars filius quondam Roleti Culart de Chavanes, 18 jan 1403 (anno, indicione, et die quibus supra), se esse hominem franchium et censitum dicti domini nostri comitis et suorum,

Primo, duas posas terre sitas in territorio dou Nay juxta terram Nycodi de Tecto inferius, et terram Anthonii Ferrier superius.

Item, unam posam terre sitam in territorio dou Chaigney (margin : dou Chagney) juxta terram Conodi Carrelli inferius, et iter de Molens (=Morlens) superius, et terram Nycodi Vayry alias de Ruysello (=dou Russel. Du Russel) eciam superius, et juxta viam publicam ex parte boree.

Item, unam posam sitam en Vertellieres in duabus peciis itenere intermedio existente, Prima jacet juxta terram Anthonii del Costel ex occidente, et terram Udrici de Curia ex oriente, et

juxta viam publicam ex parte venti, Alia pecia jacet ibidem prope juxta viam publicam ex parte boree, et juxta terram Conodi Carrelli ex occidente, et terram Anthonii Ferrerii ex oriente.

Item, unam posam terre sitam loco dicto en la Torma (margin : en la Corna – the ambiguity of the script for this toponym occurs other terriers, and has not yet been conclusively resolved) juxta terram Anthonii de Curia inferius, et terram Conodi Carrelli ex parte boree, et juxta vias publicas ex duabus partibus.

Item, unam posam cum dimidia terre sitam loco dicto en la Byolery ? (the script frequently encountered for the combination -er- frequently looks like -ie- , and is interpreted as such in some of the 18th Century marginal notations) – the margin here says “En la Biolliey”) juxta terram Anthonii Magnin superius, et terram Anthonie filie quondam Nycodi Quarra ex occidente, et viam de Mollens ex parte boree.

Item, unam posam terre sitam in territorio de Bovenens (margin : En Bovenens) juxta terram Anthonii Ferrerii inferius, et terram Anthonii del Costel superius.

Item, unam posam terre sitam in territorio de la Byolery ? subtus Ardra juxta terram Anthonii Ferrerii ex parte boree, et terram ipsius confitentis ex parte venti.

Item, unum morsellum prati situm en Vacyou loco dicto es Grisselers juxta pratum Anthonii del Costel ex occidente, et pratum Anthonii Motet ex oriente, et pratum Anthonii Ferrerii ex parte venti, pro quibus rebus confitetur dictus confitens se debere prefato domino comiti et suis sex cupas et tres quarteronos avene reffectas ad mensuram Melduni.

Item, confitetur ut supra se tenere a dicto domino comite et suis duas falcatas prati sitas in territorio de Clauso subtus villam de Chavanes loco dicto en Vacyou in duabus peciis, quarum Prima sita est juxta pratum Nyhcodi Muriseti ex occidente, et pratum Nycodi de Tecto ex oriente, et viam publicam ex parte boree, Alia est juxta pratum dicti Nicodi de Tecto ex occidente, et communia ville ex oriente, et terram Anthonii Barat ex parte venti, pro quibus duabus falcatis prati facit idem confitens hospitali Melduni, et qui deberi solent heredibus Perrodi dou Chastel ex consuetudine de mandato Domini Ludovici de Sabaudia seu eius predecessorum pro se et suis parciariis, duos solidos sex denarios novorum Lausannenses annuales, et dicto domino nostro comiti et suis tres denarios veteres pro se et suis parciariis dictus confitens pro se et suis debere confitetur quolibet anno in festo Beati Andree Appostoli.

Item, confitetur dictus confitens se tenere a prefato domino comite et suis jus suum cum suis participantibus furni de Chavanes, pro quo jure confitetur idem confitens se debere dicto domino comiti et suis duas cupas et unum quarteronum frumenti reffectas ad mensuram Melduni quolibet imperpetuum termino supra dicto persolvendas, et confitetur ulterius debere dicto domino comiti et suis corvatam, gerbam, caponem, focagium, et reliqua usagia in recognicione ville de Chavannes declarata, with the usual closing phrases, actum et testes ut supra, but no signature or paraphe.

(Fols 2-5v are missing!)

6 Petrus filius quondam Johannodi Girodi de Chavannes, se esse hominem liberum dicti domini comitis, res que secuntur,

Primo, domum suam cum casalia, curia, et ochia contigua continentem dimidiam fosseratam sitam in villa de Chavannes juxta ochiam Conodi Carrelli ex parte venti, et ochiam Johannis Motet ex parte boree.

Item, duas posas terre sitas en Volotyer juxta terram Anthonii de Curia ex occidente, et terram Nycodi Vayry ex oriente, et juxta nemus dicti domini nostri comitis ex parte boree.

Item, quintam partem unius pecie terre seu planchie et nemoris continentis duas posas site in territorio de la Toffiery (this word gives a good example of the script for the combination -ie-, distinct on close inspection from the script in certain words ending in -ery) juxta nemus dicti domini comitis ex occidente, et nemus hospitalis Melduni ex oriente.

Item, quintam partem unius peciole prati site en Volotyer continentis unam falcatam juxta pratum Johannis Motet ex parte venti, et juxta pratum ipsius confitentis de la Toffiery ? (could be read as Coffiery) ex parte boree.

Item, ibidem sextam partem unius pose terre site juxta nemus dicti domini comitis ex occidente, et pratum eiusdem confitentis proxime confinatum ex oriente.

Item, dimidiam posam terre sitam ou Carro supra lo Byolley juxta terram Perrodi Carrelli ex oriente, et terram Beatrisie filie Richardi Grinjo ex occidente, et terram Anthonii de Curia ex parte boree.

Item, en Lespina duas partes unius pose terre juxta terram Oudrici de Curia ex occidente, et terram Anthonii Motet ex oriente et ex parte boree.

Item, decimam partem pro indiviso cum Mermeta filia Jaquerii Mondet de Cappella unius pecie prati continentis unam falcatam sitam loco dicto en Pra Deyn juxta pratum Nycodi Vayry et Perrodi Carrelli ex parte venti, et pratum Mermeti Magnini et Nycodi Vayry ex oriente, et pratum Anthonii Bela ex parte boree.

Item, decimam partem unius pecie prati continentis unam falcatam sitam in Planis dou Chaigno juxta pratum Anthonii de Curia ex occidente, et pratum Anthonii et Johannis Motet ex oriente, et pratum dicti Anthonii Motet ex parte venti.

Item, decimam partem unius pecie prati continentem dimidiam falcatam sitam subtus Chavanerias (clear) juxta pratum Nycodi Muriseti ex parte venti, et pratum Johannis Muriset ex parte boree, et pratum Anthonii et Johannis Motet ex oriente.

Item, decimam partem unius falcate prati site en Argrener juxta pratum Nycodi Muriset ex parte venti et boree, et pratum Anthonii de Curia ex oriente.

Item, decimam partem unius ochie continetis unam fosseratam indivisam cum Anthonio et Johanne Motet site in Chavanis juxta pratum Anthonii Motet superius, et pratum Clemencie filie Johannis Herba inferius, et pratum Oudrici de Curia ex parte venti.

Item, decimam partem pro indiviso ut supra sitam in territorio subtus Benyery juxta pratum Mermeti Magnini et Nycodi Vayry ex occidente, et pratum dicti Mermeti ex oriente, et pratum Petri Paschy alias Vuespaz ex parte boree.

Item, in Rotondo Nemore quartam partem trium posarum nemoris sitarum juxta nemus hospitalis Melduni ex parte boree, et nemus Anthonii et Johannis Motet ex parte venti, pro quibus rebus confitetur dictus confitens pro se et suis se debere dicto domino comiti et suis sex denarios Lausannenses novorum quos solvit nomine dicti domini comitis heredibus Domini Anthonii de Vuyllien alias Corunti anno quolibet in festo Beati Andree Appostoli vigore quarundem pactionum dudum habitarum inter inclite recordacionis Dominum Ludovicum de Sabaudia dominum Vuaudi et prefatum Dominum Anthonium sub potestate pro parte ipsius domini comitis perpetuo reddimendi ut in licteris a dicto Domino Ludovico emanatis continetur.

Item, confitetur ut supra se tenere a dicto domino comite et suis tres posas terre sitas en Volotier juxta pratum Anthonii Motet ex oriente, et pratum Nycodi Vayry ex occidente, et terram Johannis et Anthonii Motet ex parte venti.

Item, duas falcatas prati sitas en Volatier juxta pratum Anthonii et Johannis Motet ex occidente, et terram dicti confitentis ex oriente, et pratum ecclesie de Mollens ex parte venti.

Item, unam planchiam continentem terciam partem unius pose sitam ibidem juxta pratum dicti confitentis proxime confinatum ex occidente, et terram Conodi Carelli ex oriente, et terram ecclesie de Mollens ex parte venti, pro quibus confitetur dictus confitens se debere dicto domino comite et suis tres solidos Lausannenses novorum quos ut supra solvere consuevit annualiter pro dicto domino comite heredibus dicti Domini Anthonii Cornuti, Et interrogatus si debeat focagium, gerbam, caponem, et alia usagia in communitate declarata, dicit quod non nisi cavalcata domino dumtaxat, actum et testes ut supra.

6 Johannes Murisat de Chavannes confitetur se esse hominem franchum et censitum dicti domini nostri comitis, quartam partem furni de Chavannes pro qua quarta parte confitetur se debere dicto Domino Cornuti et suis tres bichetos frumenti reffectos ad mensuram Melduni anno quolibet in festo Beati Andree Appostoli et confitetur eciam debere eidem Domino Cornuti focagium, gerbam, corvatam, et caponem, et alia usagia in recognitione communitatis ville de Chavannes declarata, actum et testes ut supra.

6v Jaqueta filia quondam Girardi de Costel de Chavannes, ex successione Berysete (=Breysete) eius matris, domum suam sitam in villa de Chavannes juxta domum Anthonii Ferrerii ex parte boree, et domum Oudrici de Costergio ex parte venti, et juxta ochiam Nycodi Vayry ex una parte, et carreriam publicam ex parte anteriori.

Item, duas posas cum dimidia terre sitas loco dicto en la Benyry juxta pratum Anthonii Ferrerii ex occidente, et terram Anthonii de Curia ex oriente, et pratum Anthonii Culart ex parte

boree, pro quibus confitetur se debere dicto domino comiti et suis tres solidos quatuor denarios obolum pogesiam Lausannenses novorum quos solvere consuevit nomine dicti domini comitis heredibus Domini Anthonii Cornuti quolibet anno in festo Beati Andree Appostoli.

Item, confitetur se tenere a dicto domino comite et suis partem suam furni de Chavannes pro qua parte sua confitetur dicta Jaqueta se debere dicto domino comiti et suis unum bichetum frumenti ad mensuram Melduni solvendum quolibet anno in festo Beati Michaelis.

Item, confitetur se debere dicta Jaqueta confitens dicto domino comiti focagium, gerbam, et caponem, et alia usagia in recognicione communitatis de Chavannes declarata, actum et testes ut supra.

6v Perrussona uxor Anthonii Magnini de Chavannes nomine dicti Magnini eius viri stantis in infirmitate ut dicit, res infrascriptas,

Et primo, unam posam terre sitam in territorio des Chegneyr ? juxta terram Anthonii de Costergio ex occidente, et terram Nycodi de Tecto ex oriente, et juxta iter publicum de Mollens ex parte venti.

Item, retro Montem unam posam terre juxta terram Anthonii Ferrerii alias Girodi ex oriente, et terram Anthonii de Costergio ex occidente, et juxta terram Nycodi de Tecto ex parte boree.

Item, in Grossis Petris dimidiam posam terre juxta terram Nycodi Muriset ex occidente, et juxta terram de Ardra ex oriente, et terram Anthonii Ferrerii alias Girodi a parte boree.

Item, supra Montem unam posam cum dimidia terre juxta terram Anthonii Culart ex occidente, et terram Anthonii de Costergio ex oriente, pro quibus rebus confitetur dicta Perrussona confitens dictum eius virum debere prefato domino comiti et suis sex cupas cum dimidia avene reffectas ad mensuram Melduni solvendas in manu castellani Melduni anno quolibet in festo Beati Andree Appostoli.

Item, confitetur nomine quo supra tenere a dicto domino comite unam posam terre sitam in territorio de Calce juxta terram Anthonii Ferrerii ex oriente, et terram Anthonii de Costerio ex occidente, et juxta rivum de Escorchycul ex parte venti, pro qua confitetur dictum eius virum debere dicto domino comiti et suis novem denarios obolum veteres quos nomine ipsius domini comitis solvit heredibus Domini Anthonii Cornuti quolibet anno dicto termino.

Item, confitetur ulterius tenere a dicto domino comite dimidiam posam terre sitam loco dicto en Lon Fou juxta terram Conodi Carrelli ex oriente, et terram Mermeti Magnini ex occidente, et nemus domini comitis predicti ex parte boree.

Item, duas partes unius pose terre site in territorio de Cuart juxta terram Mermeti Magnini ex oriente, et terram Anthonii Carrelli ex parte boree, et viam publicam ex una parte, pro quibus confitetur debere dicto domino comiti et suis duos solidos quinque denarios Lausannenses

novorum annuales quos solvere consuevit in manibus heredum dicti Domini Anthonii Cornuti de Vulliens.

Item, tenet a dicto domino comite partem suam furni de Chavannes, pro qua confitetur debere dicto domino comiti et suis dimidium quarteronum frumenti annualem reffectum ad mensuram Melduni solvendum in manu castellani Melduni in quolibet festo Beati Andree.

Item, confitetur magis tenere a dicto domino comite et suis unam peciam terre continentem terciam partem unius pose site in territorio de Cabanis loco dicto in Casali juxta terram Conodis Carrelli ex oriente, et terram Perrodi Carrelli ex occidente, et terram Uldrici de Curia ex parte venti, pro quibus confitetur debere dicto domino comiti et suis unum denarium Lausannensem novorum annualem in festo Beati Andree Appostoli predicto,

Et ulterius confitetur debere dicto domino comiti et suis corvatam, focagium, caponem, gerbam, et cetera usagia prout alii homines ville communitatis de Chavannes, actum et testes ut supra.

6v Clemencia filia Johannis Herba de Cabanis quondam, de bonis suis paternis, videlicet unam posam terre sitam ou Carro de Nemore Rotondo juxta terram Anthonii Culart ex occidente, et terram Anthonii Carrelli ex oriente, et iter publicum ex duabus partibus. (Some records identify Clemencia as the widow rather than the daughter of Johannes Herba. It is not yet clear whether these were two different women, mother and daughter, or if not, which version is correct.)

Item, unum morsellum nemoris situm in Rotondo Nemore indivisum cum Nycodi Berset, pro quibus confitetur se debere prefato domino comiti et suis sexdecim denarios Lausannenses veteres de antiquo redditu, et de novo pro augmentatione duos denarios novorum Lausannenses quos nomine dicti domino comitis solvere consuevit heredibus Domini Anthonii Cornuti de Vulliens anno quolibet in festo Beati Andree.

Et ulterius confitetur debere dicto domino comiti et suis corvatam, gerbam, caponem, focagium, et cetera usagia in recognicione communitatis ville de Chavannes declarata, actum et testes ut supra.

7 Anthonius et Johannes Ferrerii fratres filii quondam Girodi Ferrerii de Chavanes, tam ex successione eorum patris quam Johannodi Ferrerii eorum patrui, res que secuntur,

Primo, unam posam terre sitam loco dicto es Chagnez juxta terram Nycodi Muriset ex occidente, et iter publicum ex oriente.

Item, supra planchias communes unam posam terre juxta terram Johannis Motet ex occidente, et pascua communia ex oriente, et iter de Mollens ex parte venti.

Item, retro Montem unam posam terre juxta terram Nycodi de Tecto ex oriente, et terram Anthonii Magnini ex occidente, et terram dictorum confitencium ex parte venti.

Item, en la Byoleyry (clear) unam posam terre juxta affrontaciones terrarum dou Mont ? ex parte boree, et terram Nycodi Vayry seu Anthonii Carrelli ex parte venti, et terram de Ardra ex oriente.

Item, en Bovenens unam posam cum dimidia juxta terram Johannis Motet ex occidente, et terram Anthonii Culart superius, et terram Byatrisie filie Richardi Grinjo ex occidente.

Item, en la Curta Reys duas partes unius pose terre juxta terram Anthonii Culart ex oriente, et terram Nycodi de Tecto inferius, et terram Nycodi Carrelli ex parte boree.

Item, in Plano de Campo de la Byoleyry duas posas terre juxta terram Anthonii Culart ex oriente, et terram Nycodi Vayry ex occidente, et terram Anthonii Carrelli ex parte boree.

Item, duas partes Campi de Calce continentis duas posas juxta terram Nycodi Vayry et Anthonii Carrelli ex parte boree, et juxta terram Coanerii Charpilliot de Montet ex oriente, et terram Anthonii Carrelli ex occidente, pro quibus confitetur se debere prefato domino comiti et suis novem cupas avene reffectas ad mensuram Melduni solvendas anno quolibet in manu castellani Melduni in festo Beati Andree Appostoli.

Item, confitetur debere dicto domino comiti et suis decemnovem denarios Lausannenses novorum censuales quos solvere consueverunt nomine dicti domini comitis heredibus Domini Anthonii de Vulliens alias Cornuti primogeniti in festo Beati Andree.

Et confitetur ulterius debere dicto domino comiti et suis focagium, gerbam, caponem, et cetera usagia in recognitione communitatis de Chavannes declarata, actum et testes ut supra.

7 Johannes Mala de Chavannes filius quondam Alberti Grocyn ? , res infrascriptas, videlicet unam posam cum dimidia terre sitam en Bovenens juxta communia ville de Chavannes ex parte venti, et terram Jaquete filie Perrodi Motet ex parte boree, et terram Anthonii de Curia ex occidente.

Item, duas partes unius pose terre site en les Byoleretes juxta nemus dicti domini comitis ex oriente, et terram Nycodi Berset ex occidente, pro quibus confitetur se debere dicto domino comiti et suis tres solidos sex denarios Lausannenses veteres quos pro domino comite predicto annualiter solvere solitus est heredibus Domini Anthonii Cornuti militis quondam anno quolibet in festo Beati Andree.

Item, confitetur se tenere a dicto domino comite et suis de bonis Johannete filie Mermete filie Mermeti Clerici eius matris res infrascriptas per dictam Johannetam eius matrem dicto confitenti donatas ut asserit,

Primo, unam posam terre sitam ou Perroux juxta viam publicam tendentem de Cabanis versus Planum ex parte venti, et terram Anthonii de Curia ex occidentali parte.

Item, in Plano unam posam terre juxta pratum Anthonii Motet ex oriente, et terram Anthonii de Curia ex occidente, et viam publicam ex parte venti.

Item, en Volotier quartam partem unius pose terre juxta terram Johannete uxoris Conodi Carrelli ex occidente, et terram Oudrici de Curia ex oriente, et juxta pratum seu mareschet Anthonii Mot (=Motet ?) ex parte boree.

Item, quartam partem unius falcate prati site in Plano do Chagno dividendo cum Anthonio Motet juxta pratum Nycodi Vayry ex oriente, et terram ecclesie de Mollens ex parte boree, et terram Anthonie uxoris Anthonii Carrelli ex parte venti.

Item, unam posam terre sitam subtus lo Montellier juxta terram Nycodi Muriseti ex parte venti, et juxta communia de les Chavannes ex oriente, et supra quandam vicum seu sendier ex parte venti.

Item, dimidiam posam terre sitam retro Montem juxta terram Anthonii Ferrerii ex occidente et eciam ex parte venti, et terram Anthonii Culart ex oriente.

Item, in loco de Byolery duas partes unius pose terre site in Grossis Petris juxta terram Nycodi de Tecto ex oriente, et terram Johannis Motet ex occidente.

Item, quartam partem cum suis participantibus unius morselli nemoris siti in Rotondo Nemore.

Item, jus et portionem sibi competentes in tercia parte massi de Tierrens cum suis participantibus de Curia. (This is the “mass” of about 200 poses in the territories of Tierrens and Verdan described in several terriers.)

Item, partem suam furni de Chavannes, pro quibus rebus confitetur dictus confitens se debere dicto domino comiti et suis, videlicet pro rebus moventibus de hereditate Mermeti Clerici liberi decem denarios obolum Lausannenses veterum quos solvere consuevit nomine dicti domini comitis heredibus Domini Anthonii de Vulliensi militis antiquioris anno quolibet in festo Beati Andree Appostoli, et heredibus Anthonii de Vulliensi alias Cornuti pro eodem domino comite tres denarios pogesiam veteres Lausannenses solvendo eodem termino, et pro aliis rebus moventibus de hereditate Ansermi del Costel proavi materni dicte Johannete matris dicti confitentis, unam cupam avene reffectam ad mensuram Melduni eodem termino. (See above on fol. 7, the reconnaissant Johannes Mala was the son of Johanneta, daughter of Mermeta, daughter of Mermetus Clerici, whose wife, maternal great-grandfather of Johannes, must have been the daughter of this Ansermus del Costel.) (There are two places in this terrier, here on fol. 7 and again on fol. 12, where we discovered passages that appear to require payment of different censuses both to the heirs of Anthonius de Vulliensi the elder and to the heirs of Anthonius de Vulliensi the younger. If both had acquired censuses from Louis II de Savoie, whether by loaning him money, or by way of payment for services rendered, it becomes essentially impossible to untangle their rights. The first terrier where these rights are revealed, Ab 6, is damaged just enough to make it impossible to undertake a complete accounting of the censuses owed by individuals versus the total cense owed by Louis II de Savoie as a result of a specific (although undated) transaction described in the text. However, if it turned out that the censuses payable to the de Vulliensi heirs greatly exceeded the amount of the specific sale (a bit over 32 livres), at least it would be clear that more than one such transaction was involved. Other anomalies are

found in later documents and terriers concerning the way various assets ended up in the hands of the de Blonay family, where it sometimes appears that assets from Anthonius the elder were later in the hands of the descendants of Anthonius de younger, and possibly vice versa. It is possible that some of the intermediate stages in the history of these fiefs will be found in the ACV collections for the de Loys family (P Loys) and the de Blonay family (PP 637).)

Item, confitetur se debere dicto domino comiti et suis dimidium quarteronum frumenti reffectum ad mensuram Melduni solvendum in manibus castellani Melduni pro domino comite predicto termino supradicto,

Et si teneret focum in villa de Chavannes, deberet focagium, caponem, et cetera usagia domino comiti predicto debita prout alii homines de Cabanis et in recognicione communitatis de Chavannes declarata, witnesses Girardus de Pontallia notarius, Johannes et Anthonius Motet de Chavannes.

7v Mermetus Magnini de Chavannes tanquam conjuncta persona et conjunctorio nomine Johannete eius uxoris filie Johannis Richardi, de bonis dicti Johannis Richardi patris dicte Johannete, res infrascriptas,

Primo, unam posam terre in duabus peciis sitam in territorio de Chavannes loco dicto en Byolery, Prima pecia sita est juxta terram Nycodi Murisesti ex oriente, et terram Petri Paschy alias Vuespa ex occidente, et terram Conodi Charpilliot ex una parte, Alia pecia sita ibidem juxta terram Richardi Grinjo ex occidente, et terram Petri Paschy alias Vuespa ex oriente, et terram Roleti Comitis ex parte venti, pro quibus confitetur dictus confitens dictam eius uxorem debere prefato domino comiti et suis undecim denarios obolum Lausannenses novorum annui redditus quos solvere consuevit nomine dicto domino comitis in quolibet festo Beati Andree heredibus Domini Anthonii Cornuti.

Item, confitetur nomine predicto tenere a dicto domino comite unam posam terre sitam loco dicto in Rotondo Nemore juxta terram Oudrici de Curia ex parte venti, et terram Johannis Murisat ex parte boree, et terram Nycodi Muriseti ex occidente, pro qua confitetur dictam eius uxorem debere dicto domino comiti et suis tres solidos Lausannenses veterum quos predictis heredibus Domini Anthonii Cornuti militis quondam solvere consuevit anno quolibet termino supradicto.

Item, unum morsellum terre continentem duas partes unius pose terre site in territorio de Crochet juxta terram Perreti Girodi ex occidente, et terram Anthonii Magnini ex oriente.

Item, supra Fayam dimidiam posam terre juxta terram Nycodi Vayry ex occidente, et terram Anthonii Magnini ex oriente, et nemus dicti domini comitis ex parte boree, pro quibus confitetur idem confitens dictam eius uxorem debere prefati domino comiti et suis duos solidos sex denarios Lausannenses quos heredibus dicti Domini Anthonii Cornuti annualiter in dicto festo nomine dicti domini comitis solvere consuevit.

Item, dimidiam posam terre sitam en Byolley juxta terram Nycodi de Tecto ex oriente, et terram Clemencie filie Johannis Herba ex occidente et ex parte venti.

Item, terciam partem unius pose terre site in Campo de Nemore Rotondo juxta terram Nycodi de Tecto ex oriente, et terram Anthonie filie Nycodi Quarra ex parte boree, et viam publicam ex occidente, pro quibus confitetur dictam eius uxorem debere dicto domino comiti et suis septem denarios obulum (=obolum) Lausannenses veterum quos predictis heredibus dicti Domini Anthonii Cornuti anno quolibet in dicto festo Beati Andree solvere consuevit.

Item, tertium unius pose terre site ne la Byolery ? juxta terram Nycodi de Tecto ex occidente, et terram Jaquete filie Girardi de Botens ex oriente, et viam publicam ex parte boree, pro qua confitetur dictam eius uxorem debere dicto domino comiti et suis unum quarteronum avene quolibet anno in festo Beati Andree Appostoli predicto.

Item, tenet a dicto domino comite et suis unam posam terre sitam in Plano juxta terram Anthonii de Curia ex oriente, et terram Anthonii Motet ex occidente, et viam publicam ex parte venti, sub servitutibus supra per dictum confitentem dicto domino comite nomine predicto confessatis et recognitis.

Item, confitetur nomine predicto se debere eidem domino comiti et suis focagium, gerbam, et caponem, et cetera usagia in recognitione communitatis ville de Chavannes declarata.

Item, confitetur dictus confitens se esse hominem dicti domini comitis et suorum, witnesses Girardus de Pontallia notarius, Petrus Gebenensis, et Johannes Chevrillieti burgenses Melduni.

7v Anthonius filius Nycoleti de Costergio de Chavannes, de bonis suis paternis, res infrascriptas,

Primo, duas posas terre sitas retro Montem supra terram Nycodi de Costergio et Oudrici eius fratris ex occidente, et terram dicti confitentis inferius confinatam ex oriente, et iter de Mollens ex parte boree.

Item, in Grossis Petris unam posam terre supra terram Anthonii Carrelli ex oriente, et terram Nycodi Vayry ex parte boree, et terram de Ardra ex parte venti.

Item, in Magno Campo de la Byolery ? tres posas terre juxta terram Johannis Motet ex oriente, et terram Nycodi Vayry ex occidente, et iter de Mollens ex parte boree.

Item, es Chagnoz unam posam terre juxta terram Johannis Motet ex oriente, et terram domini comitis predicti que fuit Morelli del Costel ex occidente, et iter de Mollens ex parte venti.

Item, ibidem unam posam terre juxta terram Nycodi Vayry ex occidente, et terram Anthonii Magnini ex oriente, et juxta iter de Mollens ex parte venti.

Item, subtus Byoley dimidiam posam terre juxta terram Nycodi de Costergio ex occidente, et terram Oudrici de Costergio ex oriente et ex parte venti, pro quibus confitetur dictus confitens se debere dicto domino comiti et suis novem cupas et unum quarteronum avene

reffectas ad mensuram Melduni solvendas in manu castellani Melduni quolibet anno in festo Beati Andree Appostoli.

Item, confitetur ut supra se tenere a dicto domino comite et suis duas posas terre sitas retro Montem juxta terram Anthonii Magnini et Nycodi de Tecto ex oriente, et terram dicti confitentis jam confinatum ex occidente, et iter publicum de Mollens ex parte boree, pro quibus confitetur se debere dicto domino comiti et suis sexdecim denarios Lausannenses novorum solvendo termino predicto.

Item, tenet ulterius a dicto domino comite unam posam terre sitam in territorio de Calce juxta terram Anthonii Magnini superius, et terram Johannete uxoris Mermeti Magnini inferius, et juxta russellum ? (uncertain script at the beginning of the word) de Escorchycul ex parte venti, pro qua confitetur se debere dicto domino comiti et suis novem denarios obulum Lausannenses veterum quos nomine ipsius domini comitisolvere consuevit heredibus Domini Anthonii de Vuylliens primogeniti.

Et ulterius confitetur se debere dicto domino comiti et suis focagium, gerbam, corvatam, et caponem, et cetera usagia ut in communitate ville de Chavannes continetur, witnesses Girardus de Pontallia notarius, et Nycodus de Tecto et Johannes Ferrerii de Chavannes.

8 Nycodus de Tecto filius quondam Johannodi de Tecto de Chavanes, de bonis suis paternis et Roleti et Johannete de Tecto dicti de Balma, tres posas terre sitas in territorio de Rionbos in duabus peciis, quarum Prima sita est supra viam publicam ex parte venti, et terram Johannete uxoris Mermeti Magnini ex parte boree, et juxta viam ex occidente, Alia pecia sita est ibidem magis superius Johannete uxoris Perrodi Carrelli ex parte venti, et terram Anthonii de Curia ex parte boree, et juxta iter publicum ex occidente.

Item, in loco dicto de subtus lo Byoley unam posam terre juxta terram Johannete uxoris Mermeti Magnini ex occidente, et terram Byatrisie filie Richardi Grinjo ex oriente, et terram Nycodi Muriset ex parte boree, pro quibus confitetur se debere dicto domino comiti et suis quatuor solidos octo denarios obulum Lausannenses veterum quos solvit annualiter nomine dicti domini comitis heredibus Domini Anthonii Cornuti in festo Sancti Andree Appostoli.

Item, confitetur ut supra se tenere a dicto domino comite et suis unam peciolam prati sitam in territorio de Vacyou juxta pratum Anthonii Culart superius et ex occidente, et juxta iter publicum ex parte boree, pro qua confitetur se debere dicto domino comiti et suis septem denarios Lausannenses veteres quos solvit nomine dicti domini comitis heredibus Domini Anthonii de Vuylliens senioris quolibet anno dicto festo.

Item, confitetur ut prius se tenere a dicto domino comite unam posam terre sitam es Chagnez juxta terram Anthonii Ferrerii ex parte boree, et terram Conodi Carrelli ex parte venti, et terram Anthonii Magnini ex occidente.

Item, en Ardra dimidiam posam terre juxta terram Byatrisie filie Richardi Grinjo ex oriente, et terram Anthonii Magnini ex parte boree, et terram Anthonii Ferrerii ex occidente.

Item, in Plano Campo unam posam terre juxta terram Johannis Motet ex oriente, et terram Anthonii Culart ex occidente, et juxta iter de Mollens ex parte boree.

Item, ibidem unam posam terre juxta terram Nycodi de Costergio ex occidente, et terram Anthonii Ferrerii ex oriente, et iter de Mollens ex parte boree.

Item, in Grossis Petris tres partes unius pose terre juxta terram Conodi Carrelli que fuit Beatricie Vuaygnierry ex occidente, et terram Nycodi Muriseti ex oriente, pro quibus rebus confitetur se debere dicto domino comiti et suis quatuor cupas avene reffectas ad mensuram Melduni solvendas in manu castellani Melduni anno quolibet in festo Beati Andree.

Item, confitetur se tenere a dicto domino comite quintam partem sexte partis furni de Chavanes, pro qua confitetur debere dicto domino comiti et suis quinque partes unius cupe frumenti ad mensuram Melduni quolibet anno in festo Beati Andree.

Et ulterius, confitetur se debere dicto domino comiti focagium, corvatam, et cetera usagia in recognicione illorum de Chavannes declarata, witnesses Girardus de Pontallia notarius, et Mermetus Magnini de Chavannes.

8 Anthonius filius quondam Alberti Motet de Cabanis, 19 jan 1403 ? (anno et indicione quibus supra), de bonis suis maternis, res inferius declaratis,

Primo, duas partes unius pose terre site en la Benery ? juxta terram Anthonii de Curia ex occidente, et terram dicti confitentis ex oriente, et pascua de Chavannes ex parte boree.

Item, en Clamagniola dimidiam posam terre juxta terram Johannete uxoris Conodi Carrelli ex parte boree, et terram Nycodi de Costergio ex parte venti, et terram Johannis Mala ex parte venti.

Item, ibidem quartam partem unius pose terre juxta terram Johannis Malla ex occidente, et terram Johannis Motet ex oriente, et iter publicum ex parte venti.

Item, unam ochiam continentem unam fosseratam cum dimidia sitam apud Chavannes juxta domum Johannis Motet ex parte venti, et ochiam Johannete uxoris Conodi Carrelli ex parte boree, et juxta iter publicum ex parte occidentale.

Item, en Fornez ? unam posam terre juxta terram Oudrici de Curia ex parte venti, et terram ecclesie de Mollens ex parte boree, et terram Petri Paschy alias Vuespa ex occidente.

Item, unum morsellum prati situm in Planchia dou Chagno juxta terram ecclesie de Mollens ex occidente, et pratum Nycodi Vayry ex oriente, et juxta terram ecclesie de Mollens ex occidente, et pratum Anthonii de Curia ex parte boree.

Item, unum morsellum prati situm es Allues continentem quartam partem unius fosserate juxta terram Nycodi Vayry ex occidente, et terram dicti confitentis ex oriente, et pratum Oudrici de Curia et Anthonii Carrelli ex occidente.

Item, en Chamagnioles unum morsellum prati supra pratum dicti confitentis et suorum condvisorum ex parte venti, et pratum Anthonii de Curia ex parte boree, pro quibus confitetur se debere dicto domino comiti et suis novem denarios obolum Lausannenses veterum quos solvere consuevit nomine ipsius domini comitis heredibus Domini Anthonii de Vulliensi militis senioris anno quolibet in festo Beati Andree Apostoli, et heredibus Domini Anthonii Cornuti tres denarios pogesiam Lausannenses veterum eodem termino.

Item, de bonis suis paternis,

Primo, domum suam sitam in villa de Cabanis juxta domum Johannis Motet ex parte boree, et domum Johannis Girodi ex parte venti, cum quadam curtina ante dictum domum existente.

Item, unum curtile situm ibidem juxta carreriam publicam ex oriente, et terram Johannis Girodi ex occidente, curtile Johannis Motet ? ex parte venti.

Item, es Alluez unam fosseratam prati juxta pratum dicti confitentis jam confessatum ex occidente, et pratum Clemencie filie Johannis Herba ex oriente, et pratum Oudrici de Curia ex parte venti.

Item, unam peciolam prati sitam en Secheron juxta pratum Mermeti Magnini ex oriente, et pratum Nycodi Vayry et dicti Mermeti ex occidente, et pratum Petri Paschy alias Vuespa ex parte boree.

Item, unam posam terre sitam en Bovenens juxta terram Oudrici de Curia ex parte boree, et terram Johannis Motet ex parte venti et ex oriente.

Item, medietatem pro indiviso cum Johanne Motet unius pecie terre continentis duas partes unius pose site en Byoleys juxta terram Anthonii de Curia ex oriente, et terram Johannis Mala ex occidente.

8v Item, unam peciam terre continentem duas partes unius pose site supra Montem juxta terram Anthonii Carrelli ex occidente, et terram Conodi Carrelli ex oriente, et juxta viam de Mollens ex parte venti.

Item, dimidiam posam terre sitam in Plano juxta terram Johannis Motet ex occidente, et terram Mermeti Magnini ex oriente, et viam publicam ex parte venti.

Item, in loco de Stagno seu de la Cheyntry medietatem dimidie falcate prati indivisam cum Johanne Motet juxta pascuam communem ex oriente, et terram Johannis Malla ex occidente, et iter publicum ex parte venti.

Item, unam posam terre sitam en Durel juxta terram Anthonii Culart ex parte boree, et terram Anthonii de Curia ex parte venti, et iter publicum ex occidente.

Item, dimidiam posam terre sitam en la Combetaz juxta terram Conodi Carrelli ex parte boree, et terram Anthonii de Curia ex parte venti, et terram Johannis Motet ex oriente.

Item, in Campo Montaner dimidiam posam terre juxta terram Perrodi Carrelli ex parte boree et ex parte venti, et terram Jaquete relicte Johannis Barat ex oriente.

Item, supra Fayam duas partes unius pose juxta terram Conodi Carrelli ex oriente et ex occidente, et nemus dicti domini comitis ex parte boree.

Item, unam posam terre sitam in territorio de Spina (=d'Espina) juxta terram heredum Clementis de Tecto ex oriente, et terram Johannis Girodi ex occidente, et terram Anthonii de Costergio ex parte boree.

Item, dimidiam posam terre sitam en Fornez ? juxta terram Anthonii Culart ex parte venti, et terram Johannis Motet ex parte boree, et terram Petri Paschy alias Vuespa ex occidente.

Item, terciam partem unius pose terre site en Benyeres juxta terram dicti confitentis jam supra confessatam ex occidente, et terram Anthonii Magnini ex oriente, et pascua communia ex parte boree.

Item, dimidiam posam terre sitam in Campo Martini juxta terram Anthonii de Curia ex parte boree, et terram Johannis Motet ex parte venti.

Item, dimidiam posam terre cum prato ibidem sito sitam loco dicto en Volotier juxta terram Anthonii de Curia ex occidente, et terram Johannis Motet ex oriente, et terram Johannis filii Perrerii Girodi ex parte boree.

Item, medietatem pro indiviso cum Johanne Motet duarum posarum nemoris sitarum in territorio de Lesser (=de l'Essert or similar) juxta nemus dicti confitentis et Johannis Motet ex parte boree, et terram Anthonii Ferrerii ex parte venti.

Item, medietatem unius pose terre pro indiviso ut supra site ibidem juxta nemus proxime confessatum ex oriente, et terram Anthonii de Curia ex occidente, et terram Jaquete relicte Johannis Barat ex parte venti.

Item, duas posas terre sitas en Volotier in duabus peciis, Prima est juxta terram Johannis Girodi ex occidente, et terram Johannis Motet ex oriente, et nemus hospitalis Melduni ex parte boree, Alia est ibidem juxta nemus Johannis Girodi ex oriente, et terram Johannis Motet ex occidente, et nemus hospitalis Melduni ex parte boree.

Item, medietatem pro indiviso ut supra unius falcate prati site in Chesauz juxta pratum Anthonii filii Nycoleti de Costergio ex occidente, et pratum Anthonii de Curia ex oriente, et nemus Montisjovis ex parte boree.

Item, medietatem pro indiviso ut supra unius pecie prati site in territorio de Agrenez continentem unam falcata[m] juxta pratum Nycodi de Costergio ex parte venti, et pratum Johannis filii Perrerii Girodi ex parte boree, et pratum Anthonia de Curia ex oriente.

Item, medietatem pro indiviso ut supra unius ochie continentis duas fosseratas site in Cheneveriis ? juxta pratum Nycodi de Costergio ex parte venti, et pratum Petri Paschy alias Vuespa ex parte boree.

Item, medietatem pro indiviso ut supra unius peciole prati site en Vacyou juxta pratum Anthonii Culart ex parte venti, et viam publicam ex parte boree, et pratum Byatrisie filie Richardi Grinjo ex parte boree.

Item, medietatem pro indiviso ut supra unius pecie prati continentis dimidiam falcata[m] site en Chamagnioles supra pratum *ecclesie de Chavannes* ex parte venti, et iter publicum de Mollens ex parte boree, et terram Nycodi Vayry ex oriente.

